ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 176r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



hanc uiam quae agitur per desertum. et mutationes singulas
quasque castrorum si horum ita extiterit capax
ut etiam legem dei suscipiat scriptam non atramento
sed spiritu dei uiui. si quis inquam ad haec ita per ordi
nem profectuum ueniat. ut singula quaeque
implens spiritu adsecutus sit. Et ea quae in his in
dicantur augmenta uirtutum. ille potest conse
quenter etiam aduisionem et intellegentiam tabe
naculi peruenire. De quo tabernaculo multis quidem
in locis memorant scripturae diuinae. et indicare
quaedam uidentur quorum uix capax esse possit
humanus auditus. Praecipue tamen apostolus
paulus de intellegentia tabernaculi. quaedam nobis
prodit scientiae excelsioris indicia. sed nescio
quo pacto fragilitatem fortassis intuens audi
torum. claudii quodammodo ipsa quae pandit;
dicit namque ad haebreos scribens. Tabernaculum
enim factum est primum. in quo erat candelabrum et
propositio panum quod dicebatur sancta sanctorum. Post
secundum autem uelamen. tabernaculum quod dicitur
sanctum. habens aureum altare incensi. et arcam
testamenti. et intra eam duas tabulas et manna.
et uirga aaron quae frondu erat; sed his addit.
de quibus non est modo dicendum per singula. qui

x. quod ergo ait de quib; non est modo dicendum per singula.